



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Replica Ioan. Eckii Adversvs Scripta secunda Buceri
apostatæ super actis Ratisponæ**

Eck, Johannes

Ingolstadii, 1543

VD16 E 416

Lutherani non vnum, sed diuisi extra ecclesiam.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30106

ecclesiæ inferere. Abeat, abeat, non inter oues admittimus
lupum.

Luthera-
ni nō unū
3. Cor. 1

Extra ec-
clesiam di-
uisi.

Fol. 21

Non obe-
diunt Pa-
pæ.

Osez 4

Cuperet apostata, vt ex suis Lutheriensibus & catholi-
cis vnum fiamus, quia inquit: Cogitemus quicquid in
Christo non vnum est, id nec Christi esse idonee. At tunc
vos non estis vnum, nec nobiscum, nec inter vos. Itaque
non estis Christi, quia non acquiescitis apostolicæ doctri-
næ, quæ ait: Obsecro vos fratres per nomen domini no-
stri Iesu Christi, vt id ipsum dicatis omnes, & non sint in
vobis schismata: sitis autem perfecti in eodem sensu, & in
eadem scientia. At vos Lutherani estis contentiosi & diui-
si. Ille est Lutheri, alter Zuinglij, alius Parabaptistæ, &c.
Non est digamus Christus, vnam habet sponsam sanctā
ecclesiam catholicam. Non vult pellices hæresum & zara-
fas. Non adduco, quæ Calcearius discipulus Carlstadij ad-
duxit Orlamundi contra Lutherum, cui non respondit.
Restitui petit Bucer vnionem veram inter eos, qui domini
suntrat primo non admittimus schismaticos esse domini,
quia neque ad sponsum pertinet, neq; ad spōsam, quia sunt
membra putrida præscisa ab ecclesia. Dein quam quærit cō-
uentionem inter Christum & Belial: abiuret hæreses, & res-
deat ad ecclesiam, mox erit pax & cōcordia hominibus bon-
næ voluntatis. Ampullosis verbis petitis colligi oues disper-
sas & dissipatas: quoties hoc tentauit pontifex, quid omi-
sit, vt vos colligeret & reduceret ad ouile Christi? Sed vt
Christus ait de Hierusalem: Quoties volui congregare filii
os tuos & noluitis: semper estis rebelles, pertinaces, obstina-
ti, & paternis admonitionibus pastoris non vultis acquie-
scere, nec reuerendissimorum patrum sedis apostolicæ lega-
torum monita vtilissima suscipere, sed eos repulistis. Ideo
iure diceret vobis sed, apost. cum Osez: Quia tu scientiam
repulisti, & ego repellam te, ne sacerdotio fungaris mihi.
Prætereo quod iniurijs, conuitijs, calumnijs, despectu &
con-

contemptu affecistis sedem apostolicā in verbis, factis & p̄cturis, &c. Ideo frustra Bucer adducit Paulum, quod deus Ephē. 4
 dederit ecclesiæ apostolos, prophetas, pastores, doctores. Nolite vos ingerere huic sacro numero: nullam habetis ædificādi potestatem, quia dissipatores estis, non restauratores. Non quidem à domino ecclesiæ dati, sed à diabolo mendaciorum patre, & dissensionis autore, ad hæreses excitandas instigati. De Imperatoris Augustissimi paterna diligentia ipse fateris: nihil tamen profuit, sed semper facti estis peiores & insolentiores, abusi mitissima eius clementia.

Quomodo hoc religionis dissidium tollendum. Titulus Buceri,

Placet exordium, deus punit peccata nostra his dissensionibus.

Placet etiam perpetuum nobis bellum cum Belial gerendum & irreconciliabile: quare & cum hæreticis quàm diu pertinaces fuerint, continuum est nobis bellum, nisi respuerint. Et adeo Bucerus non docet, quo pacto dissidium religionis componi debeat, sed magis fomētum præstat maioris discordiæ, vt nulla prorsus pax à pertinacibus sit speranda, quia datus est in reprobum sensum. Bucer auget schismata.

Fundamentum componendi facit impius apostata, vt id fiat sine consensu p̄tificum, episcoporum, & doctorū: Fol. 22
 Imo ipsis reclamantibus, modo fiat hoc sub bono & solo pastore Christo. Nam sic reges & prophetæ nihil prorsus cum sacerdotibus agebant de restituenda religione: Sic Christus & apostoli ab initio ecclesiam collegerunt inuis & repugnantibus sacerdotibus. Ita in persecutione hæreticorum orthodoxi per se cōgregati sunt & de religione constituerunt. Suadet unionem si ne episcopis & doctoribus.

Quid vanius & pertinacius poterat dicere? fiat concordia de credendis in religione: at pastores non modo

F ij non